

« propalare preconia et quantum homini conferat, « edicare gratiam. » Qui idem Sanctus alio in loco ad particulariora descendens, sequentibus confessionem exornat titulus : « Delicti confessio veniam impetrat, gratiam promeretur, humiliatorem nuntiat, cœlum aperit, iram Dei coercet, pacem reddit et offensam majestatem cito propriata, dummodo debito modo fiat. » S. Bernardinus Senensis, largas pariter confessionis diffusas in laudes, duodecim ejusdem assignat fructus, inquiens : « Primus fructus est mentis illuminatio; secundus, misericordiae imperatio; tertius, a morte suscitatio; quartus a diabolo liberatio; quintus, animæ purgatio; sextus, cum Deo anime purificatione; septimus, conscientia alteratio; octavus, diaboli confusio; nonus, peccatorum remissio; decimus, pro peccatis satisfactio; undecimus, Dei gratiae augmentatio; duodecimus, Dei glorificatio. » *Charitas operit multitudinem peccatorum;* eadem est confessionis efficacia; cuius ut asserti veritatem inspicimus, Phariseum et Publicanum adeamus. Vitam degebat ille a mundana alienam vanitatem : *Non sum sicut exter hominum.* Cursus annorum ejus binis polis imitebatur: *Declina a malo et fac bonum;* nulla namque committet latrociniis, nulla adulteria, excessum nullum, virtutum exercitus vacabat, Ecclesiam frequentando, orando, jejunando, elemosynas largiendo; nihilominus impudentem reprobavit Deus. Publicanus autem, peccatorum soribus usque ad aures immersus, vix peracta sincera confessione, descendit in domum suum justificatus ab illo. Nec immerito quia teste S. Augustino, « enumerationem meritorum preferunt confessio peccatorum. » Non modo autem confessio malas abolet operationes, sed et merito recuperat omnium præteriorum horum operum, peccato desperata, eaque conservat; unde S. Thomas de Villanova ait : « *Sextus fructus est conservatio meritorum,* nam dum homo est in peccato, bona opera et nihil confundit ad gloriam, sed vitam cum operibus perdit; cum enim ipse sit abominabilis, ejus opera Deo non placent et quanto perdita haec? Si autem statim confiteatur et exeat a peccato, totum quod vivit, luctatur, et Dei amicus efficitur. »

**b.** — Manifestis et apertis verbis Christus Dominus suis discipulis dat hanc maximam potestatem remittendi peccata et hominibus *adde necessariam*, concessam sibi a Patre, ut indulgentiam ediscerent et clementiam. Postquam Salvator noster paralyticus indulgentiam impertitus esset peccatorum dicendo : *Remittitur tibi peccata tua,* corda blasphemantium se penetrans Scribarm ac Pharisaeorum sequentibus eos aggressus est verbis : Dicito, respondete, o improbi calumniatores, *quid est fons iustitiae dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere : Surge et ambula?* Ut autem sciatis, quia Filius homini-

*nis habet potestatem in terra dimittendi peccata;* tunc ait paralyticus : *Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam;* et surrexit et abiit. Hoc spectaculo, hoc prodigio admodum evidenti, sicut Christus declaravit omnipotentiam, tota circum stupente, atque applaudente turba : *Glorificaverunt Deum qui dedit potestatem talen hominibus.* Sublimis adeo peccata remittendi potestatis, atque auctoritatis delegatio, homini propter hominem facta, nos ad iuges merito incitatoe divine majestati tribuendas laudes, gloriam et gratias.

c. — Quidam legunt : *Quorunquecumque remiseritis peccata,* ad demotandum quod limites non ponit nec in peccatoribus nec in peccatis Dens; quilibet enim peccator remedium potest obtinere pro quolibet peccato; proinde perpende, o Christiane, an non pro tanto beneficio ingrati et detestabiles sint, quotquot a confessione abhorrent, in eoque frequenter applicando sibi remedio vivunt negligentes. Negat David, se cogitata quantumcumque indecesso assequi posse, qualiter homo, non in rupem sed in peccatis, id est, in infernum prolapsus, adeo sit mentis futurus inops, ut reclinatus in simu manibus, nihil curet de exitu. *Namquid qui eedit non adjiciet, ut resurgat?* Psal. xi, 9. Quo verba S. Thomas de Villanova morosius ruminans, sequentem format discursum : « Si quando prout est humana fragilitas, in peccatum occidit ritus, illuc surgite, statim in confessionem pro parte. Hoc Dominus per Prophetam peccatoribus snudet, dicens : *Namquid qui eedit, non adjiciet ut resurgat?* » S. Chrysostomus illam Psalmistæ, Psal. cv, t, paternam ponderans invitationem : *Confitemini Domino, quoniam bonus,* ad peccatorum conversum, probat nullam ab eo excusationem sufficiemtē affiri posse, cur respuit confessionem, presertim cum propria nullus querat damnatio : « Nec peccator jam poterit excusari, qui confessionem, per quam venia nascitur, non properavit amplecti; » duplicit reus delicti, « dum primo legem contemptit, ut delinqueret, et confessionis remedium amplius noluit, ut periret; » moxque breuem quidem, ast utilem hanc subdit exhortationem : « Confessio affterat salatem, cui contemptus attulerat mortem; vive remedii, qui morituras fueras aliquando peccatis. » S. Thomas de Villanova deplorabiliter contemplans animæ conditionem, que sacramenta hujus extrema necessitate laborat, sed torpida beneficium negligit, sequenti eam perstringit invectiva : « O qualis audacia, quæ oblivio, quod mentis gelidum, quis stupor? Ecco ardor infernus, sub pedibus inhians, atque ad devoranum miseram animam aperius et jam peccator ipse deputatus est ad illum et solum pendet ex tenui filo vite presentis, quod tam facile rumpitur, et miser ridet, comedit securus, et gaudet, nec est sibi cura de remedio. »

Imo maiorem astruit Sanctus audaciam esse, in peccati mortali statu confessionem negligere quam centum armatis so unum opponere viris, cuius hanc rationem reddit : « In hoc vita solum mortalibus exponitur, qua aliquando perdendi est; ibi autem anima perpetuae damnationi et ardoribus semper obicitur et perpetua ibi gloria ponitur in discrimine. »

## VERSUS 24.

*Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didimus, non erat cum eis, quando venit Jesus.*

1. — D. Chrysostomus, *Hom. lxxvi in Joan.*, eos, qui in horto Gethsemani Christum deserendo, fugerant, illo vesperi ad ceteros Apostolos nondum se recollegisse existimat : « Credibile est ex fuga nondum redisse; » at vero dicat forte aliquis, numquid hi Thomas idem illi erat, qui ante octo vel decem dies omnino Apostolos ad sequendum Christum in Iudeam abeuntem et morientem cum illo, *Joan.*, xi, 16, animaverat? Dicit ergo Thomas, qui dicitur Didimus ad condiscipulos : *Eamus et nos, et moriamur cum eo;* huic igitur respondeo, hoc quidem verum esse, imo et Petrus ipse magnas quidem promissiones fecerat, ut vero mos ut turbas viderint armatas, omnes relicto eo fugerunt; multi quidem sunt, iisque nonnumquam valde spirituales, qui in ferventibus orationibus suis bona quidem faciunt proposta; at vero quando ad eorum deveñt executionem, nulla illis est ad ea adimplenda sufficiens virtus, *Ilsa.*, xvii, 3 : *Venerant filii usque ad portum, et non erat virtus pariendo.*

2. — « Non erat cum eis, » inquit Albertus Magnus, in *Joan.*, « congregatione eorum conjunctus. » Unde S. Thomas hoc nobis utilissimum elicit documentum : « Instruimus per hoc a societate separari non debere. »

3. — S. Cyrilus querit hoc loco, lib. XII in *Joan.*, quam ratione et ipse Thomas, licet procul a ceteris Apostolis in conuoco presentibus remotus, potestatem circa peccatorum absolutionem et communicationem Spiritus Sancti delegatam participem potuerit : « Quomodo si tunc aberat, quando Christus sufflans, dixit : *Accipite Spiritum Sanctum, Spiritus ipsi particeps factus est?* » Moxque respondet : « Dicimus virtutem Spiritus ex intentione dantis Christi in omnes discipulos petrantes; non enim quibusdam, sed omnibus discipulis datus dedit; quare liberalitatem dantis non solum a presentes, sed etiam absentes Apostoli Spiritum et Sanctum receperunt. »

4. — Lyranus S. Thomam pre ceteris timidiorem fuisse, ac proinde tardius ad ceteros Collegas suos convenisse scribit : « Et ideo propter tarditatem suam privatus est illa visione Christi; » neque enim etiamnum ab illo incauerat igne, qui

in die Pentecostes deinceps super conuaculum istud descederat : *Perfecta enim charitas foras mittit timorem.* *Joan.*, vii, 17.

5. — Glossa dicit : « Non casu, sed divina dispensatione defuit Thomas, et auditu non credit; unde palpandum se ei Dominus praebuit, quia ejus dubitatione, et facta sibi probatione, nulli relinquitur jam dubitare. »

6. — Id quod e S. Gregorii doctrina desumptum fuit, qui, *Hom. xxvi in Evang.*, dicit : « Egit miro modo superna clemencia, ut discipulus ille dubitans, dum in Magistro sui vulnera palparet carnem, in nobis vulnera sanaret infidelitas; plus enim nobis infidelitas Thomæ ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, mens nostra « omni dubitatione post positâ, in fide solidatur. »

## VERSUS 25.

*Dixerunt ergo ei alii discipuli : Vidimus Domini; ille autem dixit eis : Nisi video in manibus ejus fixarum clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam.*

1. — « Evangelisti morbi gravitatem exacte describit, » inquit Toletus, « non ut Thomæ notam infamie inaurat, sed tam ut resurrectionem Domini confirmat, tum ut Medici clementia et virtus agnoscentur in sanando. » Janseius S. Thomam excusare mititur, utpote ejus incredulitas, tametsi reprehensibilis erat, nihilominus, inquit : « Non ex malitia profecta erat, sicut « Phariseorum, sed ex imbecillitate humana. »

2. — In hac occasione illa Psalmista, *Psal. xlii*, 8, propositio : *Abyssus abyssum invocat, veritatem fuisse videtur.* Abyssus enim idem est quod Thomas; et hic in multorum errorum barathrum quoddam misere corruit. Primo enim titubavit in fide resurrectionis articulo, nimis ad religionem nostram, et Messie Divinitatem stabilendam utilissimum; si quidem, *I Cor.*, xv, 14 : *Si Christus non resurrexit, inanis est fides nostra.* Et quidem ex quo Christum Filium Dei esse credidit, prout iam ante os Petri cum aliis protestatus fuerat, quid mirum si a mortuis resurrexit? *Psal. xv, 10. Non dobis Sanctum tuum videare corruptionem.* Num forte ad id credendum, oracula et predictiones Propheticae dearent? Imo ipsum discipulis suis sepius predixerat : *Tertia die resurgent.* Secundo ex hoc se ceteris Collegis prudentiorem et sagaciorem probare voluisse videtur, quasi dicere vellet, *Ecccl.*, xix, 4 : *Qui cito credit, levius est corde;* non vero talis sum ego, imo nisi video, etc. Negre oculari solum testimonio contentus esse voluit, quin etiam contactum vulnerum postulavit, nec sufficiebat illi

vulnera Salvatoris digitis explorasse, nisi etiam manum suam iisdem immitteret, idque non solum in loca clavorum, sed etiam in vulnus lateris, id quod arrogantium et temeritatem non modicam sapiebat. Adhuc in illa tam presumptuosa protestatione magnam quoque exhibuit irreverentiam, siquidem, *Colos.*, ii, 3: *In sancta sanctorum pectoris illius ingredi presumpsit, in quo sunt thesauri sapientiae et scientiae Dei.* Porro Oza morte repentina punitus fuit, quia in area, que lignum quoddam, et remotissima tantum sacrosanctum illius humanitatis figura erat, manum suam extendere attentavit; imo ipsem Christi Precursor licet inter natos mulierum maximus esset, se tamen ad corrigiam calceamentorum solvendam indignum esse censuit. Tertio duritia et obstinatione ipsius summe reprehensibilis erat, siquidem nec Petro, nec sanctis illis mulieribus, nec discipulis in Emmaus abeuntibus, nec omnibus Apostolis, qui testes oculati *omnique exceptione maiores* erant, credere voluit; et quidem, quod culpam eius vel maxime agravavit, octo continuis diebus in hac incredulitate sua perseveravit: unde *Toletus* ait: « *Magna pertinacia fuit et incredulitas Thome, non enim ad horam aut diem perseveravit incredulus, sed per integras dies octo, imo in sua permanisset infidelitate diutius, si Dominus ad eum venire distulisset.* » Quarto demum obstinatione huius presumptionem adjunxit, siquidem incarnate illi Sapientiae modum prescribere voluit, quo illum ad resurrectionem sue fidem perduceret, nimurum permitting ut digitos et manum suam in vulnerum ejus aperturam immittere posset, imo secus enim si fieret, nequit quoniam crediturum se esse protestari presumpsit: *Nisi video, nisi mittam, etc.*

3. — In hac occasione perspicue appetat quam verum sit illud Sapientis, *Prov.*, xii, 20, monitum: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur;* hic etenim Apostolus pre cunctis aliis se ferventissimum exhibuit, quādū in aliorum Apostolorum societate permanuit: unde ait: *Eamus et nos, et moriamur cum eis;* quando vero ab illis separatus fuit, non una tantum vice, sed pluribus graveriter lapsus fuit, *Psal.*, xvii, 26, 27: *Cum sancto sanctus eris, cum viro innocentie inveneris, et cum perverso perverseris.* Enimvero de S. Petro legimus, ipsum semel Christum negasse, imo cum adjuncto iurejurando protestatum fuisse quod ignoraret quis esset: *Nescio hominem,* et tamen alia quadam vice ex eterni Patris revelatione eum Filium Dei esse confessus fuerat et apero agnoverat? undenam haec provenit differencia? Numquid unus idemque Petrus erat? Numquid de codem Dei Filio confitendo vel diffitendo Petrus erat? *Lue.*, xx, 53: *Circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.* Quinam obsecro Petri consortes erant, quando Magistrum suum negavit?

S. Thomas, in *Matth.*, ait: « Non mirum si cecidit, « qui in mala societate mansit. » Socii enim ejus erant saerilegi, iniqui et excommunicati illius Pontificis, Caiphæ nimurum, familiares ministri et satellites, qui Salvatori mortem machinabantur, non vero in tali erat consoritio constitutus, quando Filium Dei confessus fuit, tunc enim in medio Coastolorum suorum constitutus erat. Imo advertendum est, quod ut de commissio scelere penitentiam ageret: *Egressus foras flevit amare.* Ubi S. Remigius dicit: « Egregit foras de impiorum societate, ut « pavide negotioris sordes amaris flitibus lavel. » David, qui tametsi vir secundum cor Dei fuerit, turpiter tamen et ipse lapsus fuit, totus anxius exclamabat, *Psal.*, xi, 2, dicens: *Salve me fac Deus, quoniam defectus sanctus, quoniam dimissa sunt vertitates a filio hominum;* circa que verba, verba illa S. Augustini, *trac.* cxii, licet de S. Petro dicta fuerint, ad nostrum propositum tamen adducere possumus, ita enim ait: « Ecce columna firmissima ad unius aurum impulsu tota contremuit; » et ecce caput aureum ad unius lapili contactum: « tum, in parte fictili communatum est et corrut. » Cajetanus quadam humu S. Petri lapsum, breve quodam suggesterit montium, quod etiam in hoc S. Thomas casu servire potest; dicit enim nervose et brevierte: « Considera et trem, vir juste. » Petrus paucis horis ante ad Christum defendendum valde se strenuus et generosus solus exhibuit, dum Malchus auriculam amputavit, et tamen mox eadem nocte adeo factus est pavidus. S. Thomas quoque septimanis antecedenter protestatus est, dicens: *Eamus, et nos, et moriamur cum eo,* item Lazarus mortui quadrupani resuscitationem presens spectavit, et tamen nunc cunctis aliis se miraculosorem esse probavit, imo obstinate credere noluit, quod resuscitare posset semetipsum. Similiter de eo, quod omnes Apostoli quoad reatum proditoris Magistri ipsorum omnino insontes, audientes unum ex ipsis Salvatorem tradidurum esse, contristati fuerint, S. Leo, *Serm. vi de pass.*, ita scribit: « *Contristati sunt, non de conscientiae reatu, sed de humanæ mutabilitatis incerto timentes;* » etenim quantumvis aliquis ad altissimum perfectionem et sanctitudinis culmen pergit, quandiu tamen in hujusmodi certaminis arena militat, vulneribus et plagiis recipiendis subiectus est, nisi Deus ei per specialia auxilia assistat.

4. — Unde perspicue satis cognoscitur quantum voluntatis propriæ impetus, qui obstinationem, individuum habere comitem soleat, animabus nostris præjudicium inferat, siquidem hic videmus, quod discipulus ille, qui integrō triennio, disciplina Christi in schola Dei operam dedit, proprie tamen scientie et voluntati tanta cum pertinacia induratur, ut mentis sue sensum totius collegii Apostolici, et forsitan etiam ipsiusmet Matris Dei, quæ utique

apparitioni huius praesens interfuit, testimonio et veritati perhibe probahuerit. Quis igitur opinio nem et judicium proprium non pertimescat, maxime cum adeo sanctæ et perfectæ scholæ discipulus non existat?

5. — Enimvero Albertus Magnus ambigentem hunc Christi Apostolum excusare nittitur, dum ait: « Quia multa signa infirmitatis viderat, et quavis resurrexisse non crediderat, tamen nec contra rium asserebat, nec uni, nec alteri firmiter adhaerens, et tales sunt tardi ad credendum, et quando credunt, firmissime credunt. »

#### Addiciones.

a. — Dixerunt ergo *Thomæ* alii discipuli: *Vidimus Dominum.* Dixerunt Apostoli *Thome:* *Vidimus Dominum,* ut ad fidem articuli de resurrectione Thomam invitarent. Ecce quam non clare prodit se initio apostoliens zelus, dum omnes, siue ipsis mysterium resurrectionis eredebant, ita quoque Thomam socium habere volebant. Magna est enim gloria, magnus est lucrum eorum qui animas convertere satagunt; Deus inde gaudent, utpote qui animarum salutem tanto semper studio et fervore prosequitur. Redemptor noster errantium animarum conversionem tanti facit, ut hinc operi summam suam attribuat: *Dabo in Sion salutem et in Jerusalem gloriam meam,* inquit olim per os Prophetæ Evangelici. Hec autem salus et pariter gloria ejus in nulla re alia consistit quam in venia et remissione peccatorum, per quam justificantur et sanctificantur anime, cuius potestas Jerosolymis in concilio Sionitico Apostolus per Sacramenti Potentiae institutionem concessa fuit, his verbis: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata remittentur ei.* Enimvero si perspicue intelligere volumus utilitatem quæ ex hac cooperatione adeoque digno ministerio in nos redundat, audite S. Jacobum Apostolum, ita scribentem: *Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate et converterit quiscum, scire debet, quoniam qui converti fecerit peccato rum ad erroris viae sue, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.* Num vobis parum esse videtur animam aliquam et tempestibus infernalibus creptam, de sua felicitate separam reddere, atque ad celestis Paradisi littora salvam perducere? Scindendum vero est quod in Greco, loco ejus qui in Vulgata legitur: *Salvabit animam ejus,* dicitur: *Axiama suam salvabit a morte, et operiet multitudinem peccatorum.* Cujus ratio esse potest, quia Redemptor noster ad gratias suas majori cum abundantia et stabilitate conferendas moverat, ut hac ratione nostram cooperationem remuneret, quo in eis societate aliorum cooperarum saluti; ac proinde Apostolus ad Timotheum scribit: *Attende tibi et doctrinæ; insta in illis; hoc enim faciens, et te ipsum salvum facies et eos qui te audierunt.*

b. — Quasi non inutilis hie moveri posset, quare Apostoli Thomam ob tantam suam pertinaciam, non arguant, nec reprehendunt, maxime Petrus qui erat collegii Apostolici Princeps et caput? Respondetur: Apostoli circa resurrectionis mysterium aliquando fuerint increduli; cum ergo ipsi non credidissent, Thomam incredulum non audent reprehendere et arguere; qui enim aliquipus crimen carpit, maxime expedit ut ejus inquinamento non sit detupratus ac fœdatus. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides?* dicit Dominus. Quibus verbis Magister noster coelestis insinuare intendit quod quantum is reprehensibilis est, qui fratri lovet festucam in oculis suis circumferenti insultat cum ipse oculum suum ingenti trabe onustum habeat, tantudem is tanquam inexcusabilis reprehendi mereatur, qui aliorum vitia corrigeret et emendare presumit, quibus ipsem contaminatus esse cernitur, imo longe enorimoribus. S. Thomas citat S. Isidorum de summo bono dicentem: « Non debet vita aliquis cum peccatum commisit, non est dignus ut alium corrigit de minori peccato; » adducitque hec verba Domini, *Matth.*, vi, 3: *Quid vides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non vides?* super quæ allegat S. Hieronymus ita scribentem: « De his loquitur qui cum mortali crimine detineantur obnoxii, minora peccata fratribus non concedunt. Secundo, redditur indebita correctione, propter scandalum, quod sequitur ex correctione, si peccatum corripientis sit manifester, quia videat quod ille qui corrigit, non corrigat ex charitate, sed magis ad ostentationem; » non; adducitque expositionem D. Chrysostomi super predictum S. Matthei dictum et dicit: « *Quod modo dicas fratri tuo: Sive, ejusdem, etc.,* exponit Chrysostomus: In quo proposito? Putas ex charitate, ut salves proximum tuum? Non, quia teipsum ante salvares. Tertio modo, propter subperiham corripientis, in quantum scilicet aliquis propria peccata parvipendens, seipsum proximo preferit in corde suo, peccata ejus austera severitate diuidit, ac si ipse esset justus. » Scribæ et Parishi quondam mulierem quādū in pecatō deprehensam, coram Salvatore adduxerunt tanquam adulteram, scire efflagitantes, an iuxta ordinem legis divinæ lapidanda foret; quibus Dominus nosl annuit, cum hac tamen limitatione: *Qui sic peccato est vestrum, primus in illo lapidem mittat.* Quid vero S. Gregorius a S. Bernardino citatus de illis dicit audiamus: « Ad aliena quippe peccata punienda ibant et sua relinquerunt; revo-

« centur itaque intus ad conscientiam ut prius propria corrigan, et tunc aliena reprehendant. »

**e.** — *Nisi video in manibus ejus fixarum clavorum*, etc. Thomas renuit credere Christum resurrexisse, quem viderat sepultum; instant discipuli, ut eum fleant ad credulitatem. Ille fleci nescius pertinaciter disredit, donec videat. Porro ut fides Christianorum laudatissima virtus est, sic infidelitas est exercitare delictum et in hoc videtur cadere dum non credit. Quomodo vero? Audi ex Divi Chrysostomi Thome incredulitatem sic expensis, Serm. lxxxvi: « Cur Thomas vestigia fidei requirit? Cur tam pie patientiam, tam dure discutit resurgentem? Cur ea vulnera que manus infixit impia, devota dextra sic resultat? Cur latus quo impii militis lancea patefecit, refondere manus nitor obsequientis? Cur dolores persecutorum furoribus arrogatis, famulantis curiositas innovat immittit? » Ecce tibi curiositatem infidelitatem et resculpentem vulnera, in passione infecta a tortoribus Christo. Plana immittit curiositas, mysteria christianitatis turbat, requires fidei mysteria, resulcan mannum plagas, refodit lateris vulnus, revocans de tortorum immittit dolores. Quid determinat curiositatem, que Christiane fidei inquietat sacramenta? Quis crederet, a curiositate violari fidem Dei? Nil mirum: leviora enim peccata non curantes, in magna paulatim labuntur precipita. Hec enim protoparentri Eva prevaricationis et lapsus origo e causa fuerunt. Rebellis ille Angelus, considerans hominem creatum, ut illos beatitudinis thronos et quibus ipse, una cum sequentibus suis precipitatus fuerat, occuparet, ejusdem homini innocentie invidens, eundem omni cum studio supplante, eique Creatoris sui gratianam pariter et gloriam, ad quam electus fuerat, eriperet machinatus est. Nec est quod vobis persuadeatis, quasi ad hoc intentum obtinendum totum contra ipsum suscitaverit infernum, cunctaque vires suas exeruerit. Nequagmam enim id fecit: Sed serpens erat callidior cunctis animantibus terra, que fecerat Dominus Deus; ut enim hominem in profundum precipitum, una cum tola sua progenie, detraharet, astuta tens, sensim et paulatim processit, eique ruinam suam unico dunkatax pomo mediante fabricavit. O quam exiguo et vili medio, quam ingens et inexplicabile damnum procuratum fuit! Merito igitur S. Bernardinus in hec verba exclamat: « Hostis offert pomum et surrupit Paradisum! » S. Guilelmus, quandam dux Aquitanus, qui ante conversionem suam, monstrum quandam fuit iniquitatis, postea vero vere penitentem factus est speculum, dicere solebat: « Aqua servis Dei mensuram hibenda est; » id est, cavere quoque debent transgressiones leviiores et veniales, quia haec offendiculum sunt, unde gravior sequitur lapsus: adducbatque Adæ exemplum, qui non de cunctis

quam perdiens, sed pomii aliquajus esu tentatus fuit; item Esau qui pro vili lentis odio primogenitum suum amisit. Hoc quoque eodem exemplo diu ante usus fuit S. Hieronymus, qui monachos, ne culpas quantumvis leves contemnant, exhortari volens, inquit: « Invenimus etiam Dei amicos, ob unius contemptus errorem, bonorum retro factorum magnificentiam perdidisse. Sie Adam facit cum diabolo creditur seducenti, post familiaritatem et colloquium Dei, unius pomi cupiditate superatus, perdidit Paradisum; et quia per transgressionem unum habere presumpsit, multa simili bona amisit. » Prohori autem potest magnam illam protoparentum nostrorum ruinam, ex multis precedentibus culpis venialibus, suam traxisse causam.

Eva potius tunc Creatori suo immensas gratias agere, menteisque suam per orationem ad Deum levare, non vero curiosae circumvagari debuerit.

A conjugi sua divisa erat. Hec separatio, ut S. Paulus ad Corinthios scribit, ad tempus permitterat; sed eo tantum ut vacet orationi, non vero levare, non vero curiosae circumvagari debuerit.

Petulantem serpentes non agnoverit nec respuit arroganter et temeritatem, quando ille secretorum iudiciorum Dei Altissimi causam et mysteria indagare non dubitabat.

Ex quo Eva jam audiendo dæmoni aures suas præberuerat, debuissemerito os et linguam suam omnium cum sollicitudine constringere et cavere, ne illi minimo quoque verbo responderet: « Taceret debuerat mulier et indicare protinus marito; periculosem est confabulari veteratoribus, dæmonum persuasionibus præbere aurem et obsecrare, » inquit Lipomanus. *Vidit igitur mulier quod bonum esset.*

Fuit hoc postremum disserimen, in quo se conjectavit, in medium occasiois male agendi sese exposuendo: « Qui autem amat periculum, peribit in illo. Chrysostomus de levium peccatorum periculis disseverat inquit: « Gustus vel bona levia quiddam et inane forsitan videtur. Gustus levius non est, qui Adam protoplastum in origine mundi decepit, et cum ex genuso humano sententia mortis ad- dixit. »

**d.** — Quid mirum si Dominus ad discipulos suos glorificatum corpus, clausis stupentibus intromisit, qui illeso materni pudoris signaculo, janum mundi hujus introivit; cujus ortum natura nescivit? Non dubites si potentiam exercere videoas triumphantem, quem tam stupenda perspicis egisse nascitum. Stupendum enim, ex incredibili confessio- nem fidei propalare; qui enim paulo ante dicebat: *Nisi video non credam, mox exclamat: Dominus meus et Deus meus.* Quam bona infidelitas, que seculorum fidei militavit! Eleganter more suo S. Gregorius Papa, Hom. xxvi, ait: « Numquid casu a gestum creditis ut electus ille discipulus, tunc

quam perdiens, sed pomii aliquajus esu tentatus fuit; item Esau qui pro vili lentis odio primogenitum suum amisit. Hoc quoque eodem exemplo diu ante usus fuit S. Hieronymus, qui monachos, ne culpas quantumvis leves contemnant, exhortari volens, inquit: « Invenimus etiam Dei amicos, ob unius contemptus errorem, bonorum retro factorum magnificentiam perdidisse. Sie Adam facit cum diabolo creditur seducenti, post familiaritatem et colloquium Dei, unius pomi cupiditate superatus, perdidit Paradisum; et quia per transgressionem unum habere presumpsit, multa simili bona amisit. » Prohori autem potest magnam illam protoparentum nostrorum ruinam, ex multis precedentibus culpis venialibus, suam traxisse causam.

Eva potius tunc Creatori suo immensas gratias agere, menteisque suam per orationem ad Deum levare, non vero curiosae circumvagari debuerit.

A conjugi sua divisa erat. Hec separatio, ut S. Paulus ad Corinthios scribit, ad tempus permitterat; sed eo tantum ut vacet orationi, non vero levare, non vero curiosae circumvagari debuerit.

Petulantem serpentes non agnoverit nec respuit arroganter et temeritatem, quando ille secretorum iudiciorum Dei Altissimi causam et mysteria indagare non dubitabat.

Ex quo Eva jam audiendo dæmoni aures suas præberuerat, debuissemerito os et linguam suam omnium cum sollicitudine constringere et cavere, ne illi minimo quoque verbo responderet: « Taceret debuerat mulier et indicare protinus marito; periculosem est confabulari veteratoribus, dæmonum persuasionibus præbere aurem et obsecrare, » inquit Lipomanus. *Vidit igitur mulier quod bonum esset.*

Fuit hoc postremum disserimen, in quo se conjectavit, in medium occasiois male agendi sese exposuendo: « Qui autem amat periculum, peribit in illo. Chrysostomus de levium peccatorum periculis disseverat inquit: « Gustus vel bona levia quiddam et inane forsitan videtur. Gustus levius non est, qui Adam protoplastum in origine mundi decepit, et cum ex genoso humano sententia mortis ad- dixit. »

**d.** — Quid mirum si Dominus ad discipulos suos glorificatum corpus, clausis stupentibus intromisit, qui illeso materni pudoris signaculo, janum mundi hujus introivit; cujus ortum natura nescivit? Non dubites si potentiam exercere videoas triumphantem, quem tam stupenda perspicis egisse nascitum. Stupendum enim, ex incredibili confessio- nem fidei propalare; qui enim paulo ante dicebat: *Nisi video non credam, mox exclamat: Dominus meus et Deus meus.* Quam bona infidelitas, que seculorum fidei militavit! Eleganter more suo S. Gregorius Papa, Hom. xxvi, ait: « Numquid casu a gestum creditis ut electus ille discipulus, tunc

decesset, post autem veniens, audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divina dispensatione gestum est. Erigit namque miro modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in Magistro suo vulnera palparet earnis in nobis sanare vulnera infidelitatis. Plus enim nobis Thomae incredulitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit. » Sie namque Deus ex malo novit elicere bonum.

## VERSUS 26.

*Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus, et Thomas cum eis; venit Jesus januus clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis.*

*Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus, et Thomas cum eis.*

**1.** — Nullus ex discipulis Christi per solidum octo dieram spatium, hunc suam condiscipulum a sua pertinacia dimovere potuit, qui prouide in sua utique obstinatione perseveralrus fuisset, nisi benignissimus Magister nostre paternæ erga ipsum commotus fuisset, unde clare deducitur, quod ex nobis ipsis quidem in peccatum labi possumus, at vero post lapsus ex nobis metit ipsa inde non valeamus resurgere, nisi Deus auxiliarem suam nobis purgat manum; licet enim in facultate nostra sit eadere, penitentia tamen post lapsum, nostrum exercit potestatem, omnes quidem electi tamen qui in terris, quam qui in celis sunt, in nostrum subdium facere possunt, quidquid illis possibile fuerit, sumus tamen intentum finem minime consequentur, nisi Deus ipse ad succurrendum nobis motus fuerit: *Venit Jesus.*

**2.** — « Et quia gratia ei non continuo apparuit? » querit hoc loco Chrysostomus, Hom. lxxxvi in Joan., et respondet, Christum id facere distulisse: « Ut interea a discipulis eductus, iisdem auditis, in magis traheretur desiderium, et magis in fide confirmaretur. » Jansenius adjungit: « Tum ut magis Domini patet esse clementia, qui taliter in discipulo, tanto tempore pertulit incredulitatem, quæ quo major erat et diutiorum, eo magis subito in magnam mutata fidem resurrectionis in nobis confirmat creditudinem. »

**3.** — S. Thomas, in Joan., hic moralem quamdam observationem in medium afferit; ait enim: « Ubi notandum, quod Thomas solus hac appari- tione indigebat, non tamen ei singulariter Domini nra apparet, sed in congregatione existenti, ad designandum quod singularitates non sunt mul- tum Deo accepta, sed hi, qui in communitate charitatis existunt. » Ad hanc dicti potest, Christum voluisse, ut discipulus hic simul cum aliis coniunctus est, et in reliquo Apostolorum societate conjunctus esset, ut nobis insinuaret quoniam nobis proficia sit honorum communicatio, eo quod propter illorum merita multas nonnunquam recipimus gratias, quas alias forsitan minime recipemus. Preterea ut collegium Apostolicum benigitatis et zeli, quem Christus ad consilendum errabunde hujus anime securitati exhibuerat, testaretur, ac proinde exemplo ejus charitatem et zelum edisceret, quem deinceps in lucrandis animabus et maxime in iis a mala ad bonam viam convertendis et reducentibus habere debebant; cui accedit, quod justum omnino fuerit, ut qui ex coapostoli sui incredulitate scandalizati fuerant, ex visis et auditis ferventissimum ejusdem fidei acibus, quibus precedentem reparabat incredulitatem, denuo edificarentur.

*Venit Jesus, etc.*

**4.** — Hæc nova Christi apparitio, alius Apostolis necessaria non erat, sed ob solum Thomam facta fuit, ut is minimus reduceretur ad fidei integratam. Et ideo D. Chrysostomus, Hom. lxxxvi, ait: « Tu autem cum discipulum non credentem videoes, « considera Domini clementiam, quomodo pro una etiam anima vulnera sua ostendit et ut unum salvum faceret, apparuit. » Toletus pariter scribit, quod licet pertinacia Thomæ maxima fuerit: « Magis tamen clementia et in suos amor extitit Salvatoris, propter unum enim et hunc incredulum et pertinacem iterum dignatus est apparere, eademque imo majora sue resurrectionis argumenta facere. » Salmeron coelestem hunc Pastorem considerat, qui unicam gregis sui perditam oviuelam certam cum sollicitudine et cordis anxietate querit: « Nunc quidem immediate propter unam oviuelam, « hoc est, Thomam, in quo ejus singularia eluet « charitas, volens indicare, que pro omnibus fecit, « pro singulo quoque pro eximia sua atque incomparabilis charitate facere. »

## Additio.

**a.** — Post dies octo, erat Thomas cum eis, et venit Jesus. Statim ac Jesus ingressus est ad discipulos suos, januus clausis, statim se ad Thomam convertit, ceteris relicitis, ad hoc ut ejus se causa precipue advenisse denotaret, et ne unius e suis salutem negligere videberet. Nam quidquid Deus pro omnibus animalibus simus fecit, idem pro quolibet in particulari paratus est praestare. Hec veritas in dubius parabolis ovis et drachme perdite specialissime exprimitur: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaynta novem in deserto et vadit ad illam quæ perierat, donec inventiat eam?* Luc., xv, 4. Enim cum Deo accepta, sed hi, qui in communitate charitatis existunt. » Ad hanc dicti potest, Christum voluisse, ut discipulus hic simul cum aliis coniunctus est, et in reliquo Apostolorum societate conjunctus esset, ut nobis insinuaret quoniam nobis

mare moneamur: *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, ut pereat unus de pusillis istis.* Tertullianus de Punitientia tractans, sequentia post se verba scripta reliquit: « Errat una Pastoris ovinula, sed « grex una charior non est; una illa requiritur, « præ omnibus desideratur; grex illa una charior « non erat. » Notandum quoque quod sancta Mater Ecclesia, post resurrectionem Domini, illud jubet legi Evangelium in quo dicitur: *Ego sum Pastor bonus; bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Et quidem bonus hic Pastor vitam suam non solum pro omnibus posuit, verum etiam pro unaquaque ovinula in particulari. Cum enim aliquando, ut hodie videmus, unica tantum ovinula ab Apostolici collegii grege per infidelitatem aliiasset et passim oberrans circumvagaretur, quid non adhibuit industrie ut illam deno ad ovile suum incolumem reduceret; ex industria plagas et cicatrices in corpore suo etiam gloriose impressas reliquit, licet he alias glorificato corpori valle impropriae essent, minimeque convenient, voluitque ut ovinula hac errabunda illa videret, tangere et obducta vulnera denou aperiret. Unde Chrysologus ait: « Thomas apostolus ut Christum Deum crederet, immisit manus, iniecit digitos, patetecit vulnera et ut Christum crederet iterum pati compulxit Christum. » Theophylactus ait: « Vide quomodo properter unum hominem, Thomam, non deditus est ita condescendere Dominus et latus ostendere, ut salvet animam unam; ita et nos neque minimum contempnere debemus. »

## VERSUS 27.

*Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum hoc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis.*

*Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum hoc.*

1. — Per haec verba, hasque actiones, Christus Thomæ perspicie ostendit, sibi nota et perspecta esse omnia, jamque quevis penetrare abditissima cordis ejus secreta, dum nimirus illum revelat cogitationes, desideria, omniaque verba, quæ aliis discipulis locutus fuerat; unde Salmeron ait: « Quia in te ostenditur, se plane Deum esse, qui omnia noverit ejus verba. » Verum quidem est, Christum justissimam habuisse causam et occasionem illum confundendi, eique incredulitatem et pertinaciam suam impropandi, atamen nullam ei objurgationis umbram seu vestigium propositum, quin potius omnibus, quæ ab ipso sibi concedi non sine presumptione petierat, condescendit, omneque ipsius desiderium perfecte complevit, ut ipsum lucrari et in salutis statum redire posset; nequam ad ejus respectu temeritatem et inurbanitatem, qua ipse, qui servus erat, cum Domino suo de conditionibus non satis æquos pacisci et subditus a

suo principe, imo injuriam inferens ab injurioso et læso, satisfactioes et capitulationes praescribere et pretendere presumpsit, haec omnia, inquam, negigit et dissimulat, nec ullum habet respectum humanae rationum, dummodo ejus possit operari salutem. Unde Divus Chrysostomus ait: « Astitit ergo iterum Jesus, neque ab illo rogari expectat, neque quidquam tale audire, sed nihil eo dicente, ipse Jesus primus ejus satisfecit desiderio. » Lucas Brugensis eamdem habet considerationem, dum ait: « Non expectavit, dum Thomas ipse regaret, sed preoccupavit partes ejus et non requiritus obtulit discipulo, que ad credendum illo requirerat apud condiscipulos, paratum se exhibens, satisfacere, quamvis inordinato discipuli desiderio, ejus quem noverat non ex malitia, sed imbecillitate peccare. »

2. — S. Augustinus, *Serm. de verb. Dom.*, dicit: « Digitos tuos mitte per latus meum et noli esse incredulus; occidit sum propter te; per locum, quem vis tangere, sanguinem fudi, ut redime rem te. »

3. — S. Thomas, in *Joan.*, Christi admiratur sollicititudinem et vigilantiam, quæ quis propicie festinat et subvenire: « In quo appetit secundum signum divinae pietatis, quod electis suis in casu cito subvenit. » Idemque Angelicus Doctor differentiam ostendit, quæ inter lapsum reprobatorum et electorum intercedit: « Cadunt electi aliquando, » inquit, « sicut et reprobi, sed differenter, quia reprobi franguntur, electis vero cito Deus supponit manum suam, ut respargant. *Psalm. xxvi, 24:* « Cum occiditur justus, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam; item: Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabit me; et ideo statim supponit Thomas lapsum manum, ita ut cum diceret: Nisi videro, non credam, revocat dicens: Infer digitum tuum hoc et noli esse, etc. » S. Thomas de Villanova, *Serm. in hac Dom.*, ait: « Pius pastor ovem suam perire non patitur, siuei patet ab Pater dimixtus: Quos dedisti mihi, non perdidisti eis quenguanum; discant Pratali, quam commissis oviibus sollicitudinem exhibeant; si pro una sola Dominus apparuit, omnis sollicitudo, omnis labor unius animae negotio minor est. »

4. — S. Thomas Doctor Angelicus circa digitum S. Thomæ in sensu spirituali ita, in *Joan.*, scribit: « Mystice per digitum discrecio designatur, per manus opus nostrum; monet ergo, et digitum, et manus in latus ejus mittere, ut quidquid in nobis est discretionis et operis, in Christi servitium expendamus. »

*Et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum.*

5. — S. Thomas de Villanova erga hanc S. Thomæ manum sancta quadam invidia motus, dicit:

« Felix manus quæ Dominici pectoris secreta rimavit; quas divitias non intus invenit? ab illo pectori arcana coelesta Joannes haeserat dormiendo; in illo Thomas grandes thesauros reperit seruando; grandis illa schola, quæ tales discipulos facit. »

6. — Albertus Magnus dictiorem illam, *Vile*, ponderans dicit: « Hoc est, intus perspicie cum Propheta Zacharia, xii, 6: *Quid sunt plaga iste in medio manuum tuarum?* El respondet: *His plaga getus sum in domo eorum, qui diligebant me, hoc est, qui me diligere debuerunt; talibus signis pietatis cognoscere me debes, qualia passus sum pro te. »*

7. — Didacus Stella in Christi vulneribus et aperitibus, ejus liberalitatem considerat: « Manus, » inquit, « invenies perforatas, in quo ejus maxima bontas et magnificencia ostenditur. » Ciatrices hasce, licet in corpore gloriose et splendescienti defectus quidam et deformitates esse videantur, retinere voluit, ut se in pietate sua beneficium exhiberet et liberalerem, tametsi etiam non nisi unicam animam, qualis S. Thome erat, ad salutis statum redrecessus esset: « Vida autem, quomodo properum unum hominem, » inquit Theophylactus, « Thomam non dignatus est ita condescendere Dominus et latus ostendere, ut salvet animam unam, ita et nos quoque minimum contempnere non debemus. »

8. — Salmeron sacrosanctam Redemptoris nostri considerat humanitatem, quam Apostolo huic ad eum sanandum exhibuit: « Applicat, » inquit, « tanquam medicus bonus convenienter morbo medicinam, dicendo: Infer digitum tuum hoc, sancta namque Christi humanitas præstantissima quædam ex vita medicina est, que homini vivo secundum spiritum, id est, vite fidei et charitatis private applicatur. »

9. — Jansenius existimat, quod licet Christus S. Thome vulnera sua exhibuerit tangenda, ipse tamen ab eorumdem contactu abstinerit; hic jam credi potest, Thomam, esti a Domino admotum ut id faceret quod desideraverat, a contrectando tamen ipsum et loca vulnerum abstinuisse, quod agnita Domini facies et vox ei satisfacerent et præ reverentia non auderet illum tangere; et quidem ratio, quæ illum ad id credendum moveret, haec est, quia Christus dixit: *Quia vidisti me, Thoma, creditisti, non vero ait: Quia vidisti et tetigisti,* quod utique dixisset, si cum tetigisset. Totius prouide ipsum ex tanta benignitate attollitum hæsisse: « Tanta Domini clementia confusum fuisse, magna et profundam humilitatem concepisse et certum est. »

## Additiones.

a. — *Infer digitum tuum hoc et noli esse incre-*

*dulus sed fidelis.* Mira piissimi Redemptoris est condescendentia cum Thoma incredulo, culpam incredulitatemque carpit et simul eam latu obtulit, superiores edocens sic armari in culpam ut erga peccatorem conservet benevolentiam. Correctio enim cum discretione et dexteritate instituenda est, distinguendo inter personas, confusionem illorum, quoad fieri potest, preveniendo, invehendo solim contra vitium. Apostolus ille, qui de semetipsi scribit: *Omnibus omnia factus sum, dum ad Titum scribit, modum ei suos corrigit hunc prescribenthal: Argue cum omni imperio.* E contra vero dum idem Apostolus ad Timotheum scribit, ita eum instruit: *Argue, obsecra, increpa cum omni patientia.* At vero quomodo due hi tam diversi modi increpandi ad invicem consentiunt? Cur idem Magister duobus disciplinis suis in una eademque materia lectiones tradit adeo inter se contrarias? S. Gregorius dubium hoc revolvendo dicit, Timotheum virum fuisse supra modum feruendum et divinae legis zelosum; Titum vero fuisse placidum, affabilem et benignum, qui tamen subditos natura asperrimos habebat et obstinatos, ac proinde necessum erat ut hunc accenderet et ad serio se ferventer corrigeret extimularet, ut emendantur, qui corripiendi erant; unde de Cretensium greco ait: *Increpa illos dure.* At vero Timotheo, qui feruidus ac supra modum zelosus erat, opus fuit, ut freno quodam a nimio zelo coerceretur. Considerare nimis oportet, esse nomina, quæ dum aperte corrigitur, magis inde pervertuntur et detinores evadunt, ut proinde S. Gregorius dicat: « Magna prædictiois arte agendum est, ut qui ex aperta correptione detinores fiant, quodam temperamento et correctione ad salutem redeant: Sic faciebat et apostolus qui I Cor., xi, ait: *Quia putamus ignorantes esse membra corporis, his honorem abundantiorum circumdamus, et quæ in honesta sunt nostra, abundantiora honestatem habent; honesta autem nostra nullius eagent.* Sicut enim in honesta membris in corpore, ita quidam sunt in S. Ecclesiæ, si potentes et protetri, qui dum aperta invectione feriri nequeunt, quasi honore tegminis velantur. » Summae charitatis et dexteritatis argumentum est, si quis caveat ne ruborem et confusionem pariat in illo qui reprehenditur. Sic Salvator noster absque eo quod fictionem et hypocrisim illius, cuius, *Matt., vii, mentio fit, aperiret, eumdem absque ullo in eodem causato verecundiam rubore corripiuit: Dupliciter illum jurit,* inquit Euthymius, « et manifesto, quod anima illius arcana nosset et illum manifeste arguendo, sed ipsi soli reprehensionem aperiendo, ut et pudore rem effugeret et si vellet corrigeretur. »

Prord ad eamdem dexteritatem pertinet ut arguens calamus acutus et strigat, et lingua exasperet non tam contra personam arguandam quam

adversus vitium reprehendendum : « In adhibendis vero curationibus, » inquit S. Basilius, « iis qui vitioso animi affectu aliquo laborant, consuetudinem imitari medicorum debet, ut videlicet aegri non irascatur, sed contra morbum ipsum pugnet, in eoque impugnando duriori victus ratione, si ita res postulat, animi vita sanet. »

Est quoque dexter modus fructuose corrigendus, si corrector prius ungat et postea pungat, id est, si correctione praemittat corrigendi laudes ac virtutes, et quidquid in eo, qui ceteroquin alia in re reprehensibilis est, boni repertur, deprædictet et postea reprehensionem suavitatem ac placide in secreto sub-jungat.

**B.** — *Jubet Dominus Thomæ, ut resulet vulnus lateris et dum Magdalena apparuit, ab ea prorsus tangi noluit, dicens ei : Noli me tangere. Variae hujus rei variorum Scriptorum sunt rationes, Non inepta qui hanc assignaret, ceteris non minus veram, quam pro utili morali documento servientem, voluisse nempe Dominum Iesum ostendere, periculorum esse prorsus mulierem sexum, signudem in ipsis consortio, etiam viri constantissimi et illuminatissimi periclitum sunt. Rabanus Maurus, de S. Petro in nocte Passionis Christi, in atrio Caiphæ commorante discurrens, querit : Numquid innumerosa illa summi sacerdotis aula viri deerant, qui S. Petrum Redemptoris discipulum et sequacum esse agnoscerent, ut proinde ad hanc effectum ancilia quædam ostiarum in medium prodire debuerit ? Accessit ad eum una mulier ? Quid sibi « vult quod prima eum prodit ancilla, cum viri uti que eum magis cognoscere potuerint ? » Et ad propositum nostrum, ideo id factum esse respondet : « Ut iste sexus peccasse in necem Domini « videtur et iste sexus redimeretur per passionem Domini. » S. Joannes Damascenus de conversatione cum mulieribus dicit quod sit « mortifera conversatio, atque confabulatio. » S. Fulgentius decollationem Baptistæ ab Herode imperatorem testans, ita scribit : « Producitur lasciva carnifex fœmina, que Prophæt non gladio, sed saltatione prostrata. Mollis puer gressu procedit in medium, « homicidium peitura et adultero placitura. » S. Apostolus, in Epistola prima ad Timotheum, dicit : Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Etenim cum a serpente se seduci permisit, fallacibus ejus credendo promissionibus, seque per pomu veluti mandacionem, scientiam et similitudinem divinam sibi comparaturam sperans, Adam vero tale sibi mendaciam persuaderi non permisit : Adam non est seductus. At vero eum igitur interdictum Altissimi tanta cum facilitate prævaricatus fuit, quando se indignacionem Dei incurrsum, amissurum omnes coeli inestimabiles thesauros, atque a Paradiso terrestri partiter et cœlesti exulē se futurum esse non ignorava-*

bat ? Celebris est illa S. Augustini responsio, scilicet idipsum fecisse ut Evansam non contristaret. Ecce igitur quam sit sexus iste ad prosterendas quoque solidissimas firmamenta columnas omnipotens et validus : *Dedit viro suo, qui comedit. Unde S. Bonaventura, ex auctoritate S. Hieronymi dicit :*

Si mulier potuit vincere eum qui jam erat in « Paradiiso, non est mirum, si eos impedit qui « nondum ad Paradisum pervenerunt. »

**C.** — Non erat cum ceteris Apostolis Thomas, quando januus clausis intravit Iesum, sed ab eo, eisque discipulis voluntarius error absentabatur. Attamen piissimus Dominus, qui reliquis discipulis tantum ostendit manus et latus, Thomæ incredulo eadem palpanda offert. Ad quæ verba ita scribit D. Chrysologus, Serm. xxxv : « Thomas Apostolus, ut a Christum Deum crederet, immisit manus, in « jecit digitos, patre fecit vulnera. Ut Christum crederet, iterum pati compulit Christum. » Scilicet ut reliquos discipulos, et totum orbem ad se traheret Christus Deus et a peccato infidelitatis liberaret et cœlesti imbueret fide, semel passus est. At Thomas, qui absentabatur ab eo, qui non erat cum eis, qui non bona fide ab eo longe aberrabat, vulnera incrementibus renovat et Passionis cruciata reiterat : « Iterum pati compulit Christus. » Peccatum enim de novo Christum crucifigunt. S. Paulus Apostolus, ut de gravitate et malitia infinita quam peccatum mortale, post Redemptori in terras adventum, in se habet adequatum nobis imprimeret conceptum, hanc statut conclusionem, *Hebr. vi, 6 : Rursus crucifigentes sibi net ipsi Filium Dei.* Quid vero in detestationem peccati amplius, sive dici, sive imaginatione concepi potuit ? Pro cuius melior intelligentia, sequens necessario supponenda est veritas indubitate, scilicet quod spinae, clavi conaculae alia passionis Redemptoris nostri instrumenta, nullam prorsus ad illum crucifigendum vim habuitur fuissent, nisi suum a peccato receperissent vigorem et activitatem. Nam ut Isaías prædictus : *Vulnerum est propter iniurias nostras, attritus est propter sclera nostra.* Et paulo inferior in eodem capite majori cum perspicuisse dicit Pater Æternus : *Propter scleras populi mei percussi eum.* Quam veritatem sancti Patres, a Deo specialiter illuminati, egregie intellexerunt : ut proinde S. Bonaventura fides exhortabatur inquiens : « Non Filium Dei « flagellamus per dilectionem peccati, quia mittimus dolor est ejus dolor, non amplius innovandus. » S. Antoninus in Summa sua, de peccatore inquit : « In faciem Christi consupit et quantum in eo est « iterum crucifigunt. » Dionysius Carthusianus, verba illa : *Ostentant habentes, exponens, inquit : Id est, « eum irritant; nam et crucifixibus et irrisoribus Christi consumiles sunt.* » Tametsi enim verum sit quod Christus ad dexteram Patris residens utpote gloriosus, prorsus sit impossibilis ; attamen pecca-

tores, quantum est ex parte ipsorum, si possent, causam crucifixionis ejus renovare non desinerent.

## VERSUM 28.

*Respondit Thomas, et dixit ei : Dominus meus et Deus meus.*

**1.** — S. Thomas, in Joan., Apostolum hunc subito in profundum quemdam Theologum evasisse dicit : « Apparet, quod statim factus est Thomas bonus Theologus, veram fidem confitendo. » Humanitatem namque ejus confessus est, quando dixit : *Dominus meus, hoc etenim nomine eum ante passionem ejus nominare solebant, Joan. xii, 13 : Vos vocatis me Magister et Domine, et bene dicitis.* Dum vero ait : *Deus meus, divinam ejus confessus est naturam, neque enim Apostoli unitio antea hoc nomine Deus appellasse leguntur.*

**2.** — « Quemadmodum ad credendum fuerat difficultior, » inquit Jansenius, « ita nemo clarus de divinitatem ejus professus est. » S. Augustinus, Serm. liv in append., hanc infidelitatem valide desiderabilem fuisse ostendit ; dicit enim : *Quam bona ignorancia, quae eruditus ignarus ! Quam bona infidelitas, quae secundum fidem militavit. » B. Laurentius Justinianus, Serm. de S. Th., ait : « Por unius infidelitatem universum voluit erudire Ecclesiasticum. » Chrysologus dicit, Serm. lxxxv, Redemptore taciti Thomas dicens voluisse : *Infer dignum tuum huic, ut effundant loto orbe iterum te aperiente habe vulnra fidem, veniant et audiant hereticos. » B. Petrus Damiani ait : « Erudit erroris atque versatilia hereticæ pravitatis. » S. Thomas de Villanova hanc Thomæ confessionem ei, que alias a S. Petro facta fuerat, anteponit, dicens : « Expressum intonat Thomas : *Dominus meus et Deus meus, simplici verbo utramque naturam in Christo confessus.* »**

**3.** — Nec mirum, quia in illo vere sapientia ærario, in quo sunt omnes thesauri sapientia et scientia Dei, in vera theologia eruditus fuit, præterquam quod S. Bernardus de schola Passionis scribat, Serm. xviii in Cant. : « In illa enim sapientia est, in illa justificationis nostræ perfectio, in illa scientia plenitudo, in illa salutis divitiae, in illa abundancia meritorum est, » et ideo ad unicum vulnerum illorum aspectum, obstinationis ejus golu dissolumentum fuit. Unde S. Bonaventura, de stigm., exclamat : « O vulnera, corda vulnerant et mentes congelatas inflammandia, et pectora adamantia liqueficiant ! »

## VERSUM 29.

*Dixit ei Jesus : Quia vidisti me, Thoma, credidisti ; Beati qui non viderunt et crediderunt.*

**1.** — S. Thomas Doctor Angelicus dubium hoc

loco movet, dicens : « Cum fides sit substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicitur, *Hebr.*, xi, 1, quomodo hic Dominus dicit : *Quia vidisti me, Thoma, credidisti?* » Moxque subiungit : « Sed dicendum, quod aliud vidit, aliud credidit ; vidit et hominem et cicatrices, et ex hoc credidit divinitatem resurgentis. »

**2.** — Idem quoque Angelicus Doctor aliam movet difficultatem, nimurum ex quo S. Thomas se resurrectionem Christi nequamnam creditur esse protestatus fuit, nisi vulnera ejus videret pariter et tangeret, cur Christus postea solum dixit : *Quia vidisti me, non vero dicit : Tetigisti me?* Cui difficultate per adductum S. Augustini auctoritatem respondet : « Sensus visus ultimur pro qualibet sensu ; dicimus enim : Vide quomodo sonat, quomodo sapit. Dicit ergo : *Infer dignum tuum huic et vide ; non quod in digito sit visus, sed dicimus quasi : Tange et experire.* » Cui eidem difficultatem aliam quoque subiungit responsionem, dum ait : « Vel dicendum, quod Thomas videns vulnera et cicatrices, confessus est in seipso et antequam poneat digitum, credidit et dixit : *Dominus meus et Deus meus.* »

**3.** — Celebre valde est illud S. Augustini axiomam, dicentes, *Enchir.*, xxv : « Melius judicavit de malis « benefacere, quam mala nulla esse permittere. » Poterat quidem Christus hunc Apostolum sustinere, non cadere, nec tamen lapsus ejus impedire voluit, ut postea tanto gloriosius post lapsus resurgeret. Ipse etenim est, qui quæ cunctæ alii Apostolis hunc adeo difficilim resurrectionem articulatum, toto mundo annuntiavit, adeo ut B. Petrus Damiani de digito S. Thomas, qui hic Romæ in Basilica S. Crucis in Ierusalem velut miraculosa quedam reliqua, integer conservatur, dicat : « Cu-jus digitus magister factus est mundi, qui principali quadam dignitati vere dicendum est judex, « huic veritatem Dominiæ carnis ignorantium indicavit. » Ecce tibi bonus, quod Deus eliceret novit in lapsibus electorum, de quibus Apostolus, Rom., vii, 28, scribit : *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum : etiam peccata;* « inquit Glossa, S. Ambrosius dicit : « Sancti Domini, qui consummaret pium certamen gestunt et currere « cursum salutis, siecubi forte ut homines correrint, « nature magis fragilitate quam peccandi libidine, « acris ad currendum insurgunt, pudoris stimulo majora reparantes certamina, ut non solum mulierum attulisse astimetur lapsus impedimentum, « sed etiam velocitatis incentiva cumulasse ; » id quod in S. Thoma ad litteram adimplatum fuit. De illo namque Dionysius Carthusianus ita scribit : « Innumerales pro Deo persecutiones patientes « sime tulit, infatigabiliter laboravit ; » et vere ita est ; nam si vastitas et numerus provinciarum et regnum, qua cum tanto Christianæ religionis

prefecto et augmento peragravit, ad trutinam revo-  
centur, tótum quasi mundum, ita dicat, pene-  
trasse dici potest. Unde B. Laurentius Justinianus  
in sermone quadam de hoc sancto dicit quod fecerit  
« immémorabilium conversionem populorum. »  
Et Carthusianus in eodem sermone dicit, « copiosis-  
se sumim. »

**4.** — Considerare quoque hoc loco possumus  
mirum vulnerum Redemptoris nostri efficaciam,  
siquidem tametsi sole eorum aperuerint cicatrices,  
nullusque inde pro tunc sanguis manari, qui  
potius incorruptionib[us] el splendescunt fuerint, atta-  
men in Thoma ante obstinato et contumaci, atque  
in amore Redemptoris sui adeo gelido, inerudito et  
arrogante, adeo vividos produxerent veris fidei,  
sapientiae altissime, charitatis, humilitatis, omni-  
numque aliarum virtutum sensus et affectus, ut  
proinde S. Bonaventura de hisce vulneribus scribat,  
quod sunt « fundamentum fidei, cretio spei et  
« inflammatio charitatis; » unde et sancta Mater

Ecclesia etiam per hoc totum tempus Paschale,  
amarat passionis Christi, nobis valde efficaciter  
inculcat memoriam, dum nobis toto Paschali tem-  
pore, in Officio divino Crucis commemorationem  
facere precipit, ut haec ratione statum gratiae, quem  
sanctis hisce præteritis diebus nobis acquisiuimus,  
perenniter continare valeamus; ad hoc enim vel  
maxime præderit, si oculos cordis nostri in sacro-  
santa Christi vulnera defixos teneamus, serio considerando  
quanto prelio peccata nostra Deo constituerint.  
Unde S. Augustinus, *Serm. iv ad frat.*, ait : *Ut  
pellent vitiorum deponamus, per formam stigmatum  
Christi transeamus.* Porro S. Antonius Paduannus  
dicit, quod Redemptor per hanc vulnerum suorum  
exhibitionem, non solum S. Thomam, sed et omnes  
nos, quotquot sumus, fideles enixe roget, ne illa per  
peccata nostra denouo aperiamus : « Ostendit rogans,  
« ut ubi compatiens, clavis peccatorum iterum ip-  
« sum non crucifigamus. »

### DOMINICA SECUNDA POST PASCHA

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. X, VERS. 11

11. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.
12. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit, et lupus rapit, et dispergit oves.
13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus.
14. Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me mea.
15. Sicut novit me Pater, et ego agnoscō Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis.
16. Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fieri unum ovile et unus pastor.

VERSUS 11.

*Ego sum pastor bonus; bonus pastor animam  
suum dat pro ovibus suis.*

*Ego sum pastor.*

**1.** — Sancta Mater Ecclesia opportune nobis, in  
hac Dominica, Evangelium quadam proponit, in  
quo se Redemptor noster, non semel, sed sepius  
pastorem bonum appellat, id quod antea in ipsis  
effectibus demonstravit, dum pro salute gregis sui,  
vitam suam prodegit, et post resurrectionem suam,  
per quadraginta dierum spatium hic in terris, inter  
nos mortales commoratus, nihil aliud adeo sollicite  
faceret, quam ut dispersum gregem suum in  
unum simul congregare studuerit, ad Ecclesie  
ovile euudem reducendo, coque fine suis quoque  
erudiendo Apostolos, *Act. Ap., 1, 3 : Per dies qua-  
draginta apprens eis, et loquens de regno Dei.*

Quibus proinde cum peccata remittendi potestatem  
dedit, prouti precedenti Dominica vidimus, nunc boni Pastoris et Prelati ecclesiastici partes,  
et officium plenius expectare constituit.

**2.** — Porro ex quo a mortuis gloriosus et  
immortalis resurgens adversus mortem et infernum  
victor evasit, merito sibi gloriiosiores speciosioresque  
titulos, nimurum Filii Dei altissimi, Regis regum,  
Dei exercituum, Regis glorie, vel alios similes sibi  
vendicare dehincset, nec tamen id fecit, sed pastoris  
minus et titulum sibi assumpsi, titulum videlicet  
humilitatis et amoris, ut per hoc nobis insinaret,  
se in hoc gloriose tantèque majestatis statu humili-  
tatem et benignitatem suam nequaquam depo-  
suisset, idque, ut reor, ideo fecit, ut nos tanquam  
oves perditas sibi denuo compararet et ad gregem  
sum redirent, in cujus evidens signum, eodem,  
quo resurrexerat die, duos et discipulis suis erra-  
bundos, in Emmaus contendere videns, ipse quoque

### DOMINICA SECUNDA POST PASCHA

39

assumpta sibi viri peregre proficiscentes specie,  
eorum se societatis adjunxit, cum iis tamdiu pro-  
gressus fuit, donec eodem affabilitate sermonum  
suorum in viam rectam, id est, in notitiam et fidem  
resurrectionis sus perduceret.

**3.** — Chrysologus, in sermone vi in *Psalm. xcix.*  
ita scribit : « Deus milissimus pastoris elegit officium,  
« personam pastoris induit, ut vagos populos, dis-  
persas longe lateque gentes velut errantes oves in  
« unum pastor misericordis congregaret. » Prout  
hodie in Epistola ad Missam lecta, que in Epistola  
I. S. Petri, ii, 23, ejus nimur, cui dixerat : *Tu es  
pastor ovium, princeps Apostolorum,* desumpta fuit,  
hinc claris verbis a nobis lectum fuit : *Eritis sicut  
oves errantes, sed conversi ostis nunc ad pastorem;*  
Gentiles enim ad celum ovile a Deo electi, quales nos  
omnes eramus, per idolatriam, aliquorūq[ue] mille-  
num errorum præparati dispersi, ad infernū hara-  
thrum irreparabiliter ambulant. Unde Isaías, lvi, 61, ait : *Omnis nos quasi oves erravimus, uniusquisque  
in viam declivit, imo quilibet populus inter gentes  
suis erat particularis erroribus imbutus, adeoque  
in tot præruptis homines gentiles tunc periclitab-  
antur, quot erant profana numina, quae adorabant,  
Jovis nimur, Saturni, Veneris, imo et crocodiliorum,  
ceparum et porrorum simulachra; et Roma  
ipsa, ut S. Leo, in nat. Apost. Petri et Paul., scribit :  
« Magnam sibi videbatur assumpsisse religionem,  
« quia nullam respuebat falsitatem, omniumque  
gentium serviebat erroribus. » Hujus igitur gregis  
dispersioni amantissimus hic Pastor compatiens,  
dum vix jam a mortuis resurrexerat, Petrum ad se  
accersivit, eique tria vice, quoad charitatis virtu-  
tem examinato, gregem hunc consignavit, ut eum in  
salutaribus Evangelicae doctrinae sua paucis  
paseretur et enutriret, ac denuo ad celum ovile per-  
duceret, *Joan., xxi, 17 : Pasc agnos meos, pasc oves  
meas.* Id quod multa seculis antea ab Ezechiele  
xxxiv, 22, prædictum fuerat; ubi Deus per os Pro-  
pheta ita loquitur : *Salvabo gregem meum, et non  
erit ultra in ripam, et suscitabo super eas pasto-  
rem unum, qui pascat eas.**

**4.** — Porro Deus hunc Pastoris titulum maximi  
facit, siquidem dum sub figura parabolæ de ove  
perdidit, redemptio humana naturæ mentionem  
faceret, semetipsum nobis sub specie pastoris ob  
oculos posuit, qui eamdem post multis sudores et  
labores quesitam ac denuo inventam, suisque  
humeri impositam, salvam et incolunam ad ovile  
reportavit. Quia omnia plane conformia erant illi,  
quod dicit ante Prophetam Evangelicum conscribere  
Iussert, qui postquam dixisset, lvi, 16 : *Omnis nos  
quasi oves erravimus, immediate sequentibus verbis  
exponit, qualiter omnes nostri errores, ut condigna  
satisfactione redimerentur, hujusque Pastoris hume-  
ris impositi fuerint : Et posuit Dominus in eo iniqui-  
tatem omnium nostrorum.* Unde S. Ambrosius, in *Psal.*

cxxviii, dicit : « Pro rationali grege, Christus seipsum  
« passioni corporis non negavit, orem lapsam, ut  
« crucis sue humeri superponens pii onoris func-  
tionem recrearet. » Tertullianus, in annualibus Eccle-  
siasticis relatus, testatur olim devotis Christi fideli-  
bus in usu positum fuisse, ut in calcibus, in quibus  
preciosius Christi sanguis consecratur, Pastorem  
quemdam in humeri suis ovinulam bajularem  
effigient, ut haec ratione Sacerdotes ad imitandam  
Salvatoris charitatem excitarent : « Ubi est ovis  
« perdita a Domino requisita, et humeri ejus re-  
« vecta. » Hæc eadem figura, ut Baronius scribit,  
in cæmeteris antiquis quoque passim conspicitur,  
atque et primis nascentis Ecclesie temporibus, in  
pastorum et prælatorum ecclesiasticorum maxime  
insignium vestibus sacerdotaliis, præcipue in  
palio archiepiscopali expressa geritur, de quo  
Idorus Pelusiota, lib. I, Epist. 136, ita scribit :  
« Illud enim amiculum ex lana contextum, quod  
« illi gestant humeri, ovis illius, quam Dominus  
« aberrantem quæsivit, inventamque humeri suis  
« sustinuit, pellem designat. » In ecclesiis quoque  
S. Joannis Lateranensis, S. Laurentii extra muros,  
S. Sebastiani, SS. Cosme et Damiani, hæc Christi  
imagines, similitudinem pastoris, ovinulam in hu-  
meris suis bajulantis referentes, expresse conspi-  
ciuntur, ad denotandum nobis, quantum Redemp-  
tor noster de hoc nomine et officio pastoris glorietur  
et gaudeat, in hujus namque signum primitivi  
Christiani ipsum in hac figura delineare solebant.

**5.** — Considerari etiam hoc loco meruit, quod  
Christus in togario quadam, seu pastorum habita-  
culo nasci, in præsepio quadam, ad quod greges  
duci solebant, jam natus reponi, ac denuo mox ut  
natus fuit primo omnium loco pastoribus recipi et  
visitari elegerit; quibus etiam de celo legatum  
misit, qui eos sue facerent nativitatis jam factæ  
coscios. S. Ambrosius, lib. II in *Luc.*, ad id quod  
pastores in illa nocte vigilasse dicantur, sese reflec-  
tens, dicit : *Bene pastores vigilant, quos bonus Pastor  
informat.*

*Bonus.*

**6.** — Porro Filius Dei incarnatus sepius quidem  
titulum sibi lucis, Salvatoris, vie, viæ, veritatis,  
Regis, assumpsisse legitur, nunquam tamen sibi  
hunc titulum, *bonus*, vendicasse reperitur, imo dum  
aliquoq[ue] hunc titulo honoraretur, eumdem non  
sine indignatione eum receperit constat; *Matt., xix,  
16 : Et ecce unus accedens ait illi : Magister bone,  
qui boni facias, ut habeam vitam æternam? qui  
disiit ei : Quid me interrogas de bono? Unus est bonus  
Deus, quasi dicere voluisset quod bonus esse pro-  
prietas quedam sit, quæ soli Deo convenit. Car  
igit eadem increata Sapientia, nunc sibi metipsi  
nomen imponit, dum se non Deum, sed pastorem  
appellat? utique hic dicere convenient, Christum*